

Universitätsbibliothek Wuppertal

Diodori Sicvli Bibliothecæ Historicæ Libri XV

Diodorus <Siculus>

Basileæ, 1578

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1046](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1046)

Typographus pio Lectori S.



DIODORVS SICVLVS libros scripsit Bibliothecæ historicæ quadraginta. Horum extant hodie Græcè quindecim, uidelicet à primo ad uigesimum ordine omnes, exceptis quinque qui inter quintum & undecimum esse debebant. Horum omnium quinam, & quales sint interpretes, & quid in toto opere præstitum sit, ordine iam explicabo. Quinque priorum interpres est Poggius Florentinus, qui ex quinque sex fecit. Is Poggius uertendo authorem, magna est usus breuitate, quod tamen studio quodam fecit, quemadmodum ex præfatione eius liquet. Sequutus est interpres incertus librorum quatuor, uidelicet undecimi, duodecimi, decimitertij & decimi quarti. Is contra quam Poggius liberius & maiori uerborum & sententiarum copia uertendo oblectatus fuit. Librum decimum quintum transtulit Marcus Hopperus, duos sequentes Angelus Cospus. Hos omnes quos commemorauimus duodecim libros ad Græcum exemplar emendari ac restitui curauimus, eaque omnia præstitisse nos puto, quæ æqui lectores boni consulturi sint. Quod ad tres ultimos libros attinet, duodeuigesimum scilicet, undeuigesimum, & uigesimum, à Sebastiano Castalione in conuersi & ut reliqui castigati sunt, qui & fragmenta quædam Diodori, quæ reperit, partim transtulit, atque huc adiecit. Nunc postremo totum opus reuisum & emendatum à Iohanne Iacobo Gryngo & Chronologia ad marginem illustratum. Cæterum quod ad Diodorum & eius scripta in uniuersum attinet, refero me ad uitam eius, quam hinc adiectam cernis. Vale candide lector, & fruire.

*Diodorus libros scripsit
40. de quibus sunt 15. noster
sunt extant.*

*Librorum Diodorig
sunt interpretis.*